



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Capita Pietatis Christianæ, Interrogationibus Et
Responsionibus vsitatis in Catechetica Methodo ita
explicata, vt breuem sed integram hypotyposin doctrinæ
purioris complectantur**

Ferinarius, Johannes

Magdebvrgi

VD16 W 3078

Tertivs Articvlvs Symboli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36195

ira Dei, & horribilium pœnarum, que tunc opprimunt impios. Crescat igitur in nobis poenitentia, & vigilantia, Et supplices oremus filium Dei, ut gubernet & adiuuet, quo possimus effugere ista que ventura sunt, & consistere coram filio Dei, & sperare in eius misericordia, & sententiam huius iustissimi iudicis sperantes.

TERTIVS ARTICVLVS SYMBOLI.

Credo in Spiritum sanctum.

Tertius Articulus concionatur de applicatis beneficiis Christi. Docet Filium Dei, Donatorem nostrum IESVM CHRISTVM, sedentem ad dextram æterni patris, ut det dona hominibus, & Euangelij, & effuso suo sancto Spiritu, sibi hereditatem electam, & æterno patri suo, ex genere humano colligere Ecclesiam sempiternam, in qua ipse regnabit, & efficaciter, donare remissionem peccatorum, iustitiam vitam, omnibus, qui fide in veris doloribus ad eum confugiunt.

Docet etiam, verè futuram resurrectionem mortuorum hominum, in qua CHRISTVS resurrectos, membra sua, ornabit æterna vita, & lætitia. tunc ipse Filius, peracto iudicio, & facta segregatione piorum, ab impijs, tradet regnum æterni

no, cessante iam usu ministerij, ut deinceps diuinitas
fulgeat, in tota Ecclesia electorum visibilibus, abolita
morte, peccato, & omnibus arumnis.

Credo in Spiritum sanctum.

Primum membrum, proponit doctrinam de Spi-
ritu sancto, in qua sunt consideranda quinque capita.

1. Neesse est scire, quis sit & quid sit Spiritus
sanctus.

2. Vbi, & quomodo patefactus sit.

3. Quomodo nobis donetur.

4. Ad quid mittatur, & quare necessarium sit
hoc donum.

5. Quomodo retineatur, aut effundatur.

Definitiones trium personarum supra sunt tra-
ditæ.

2. Spiritus sanctus autem semper notus fuit in Eec-
lesia, sicut & filius dicitur. Aeternus pater mittit
dicitur Filium, & Spiritum sanctum. In creatione
rerum, aeternus pater creauit omnes substantias, Filio
sonante illud decretum, & Spiritu sancto, immediatè
fontem naturam creatam. Locutus est per Prophetas,
visibili specie apparuit in Baptismo Christi, & in Pen-
tecoste. Hæ patefactiones sunt afficiendæ, in quotta
diuina inuocatione.

3. Quomodo datur?

In vera conuersione, inuocatione, & consolaa-
tione, quando mens sustentatur voce promissionis, verè

x 3

effusa

effunditur Spiritus sanctus, confirmans & obsequens
assensum in homine, excitans & augetur filium, et dicitur
sanctos motus.

Filius $\lambda\epsilon\gamma\theta$, voce Euangelij docet mentem
ostendit voluntatem, & misericordiam eterni patris
accendit lucem agnoscentem Deum, simul ex eo
patris, & suo pectore, effundit suum flatum, in
osculum, Spiritum sanctum, qui est subtilis
flamma, & agitator, sustentans animam, luctans
cum pauoribus, suscitans atq; confirmans fidem apprehen-
dentem beneficia Mediatoris, & acquiescentem
misericordia eterni patris, simulq; in voluntate
e corde, cogens motus, congruentes voluntati, & legi
& hominem renatum uniens cum Deo, flectens con-
inuoctationem piam, Patientiam, Spem, Castitatem
Timorem Dei, & alias virtutes.

Dicta sunt perspicua:

Vt promissionem Spiritus accipiamus per Filium
Quanto magis dabit pater celestis, Spiritum sanctum
petentibus. Spiritus sanctus arguet mundum de pro-
pato, de iusticia, & iudicio. Effundam super domum
Dauid, Spiritum gratie, & precum, id est, testificanti-
nos esse in gratia, & accendentem nos ad inuoctationem.

4. Ad quid datur?

In homine noticiam sequuntur motus, & Spiritus
cerebri ac cordis sunt agitatores, vel effectores motuum
in corpore. Ita in sanctis, accensa vera agnitione Dei
& vera Fide per Spiritum sanctum cecinitur agnitionem
angelico.

mes, & motus sancti, Deo placentes. Necessarium est
igitur hoc donum homini renato, ad gubernationem
omnium virium, & mittitur Spiritus sanctus in cor-
da renatorum, ut accendat tales motus, qualis est
ipse.

Caligo, & sapientia humana, non agnoscit quous
esse hoc restore. Ideo sapientes Ethnici, dum res sunt
secundæ, nituntur naturali sua prudentia, & volunt
sopfos regere, consilio, & virtute, sicut Plato dicit:
Beatitudinem humanam sitam esse, in humanis viribus.
Et apud Poëtam nescio quis amicū discedentem pro-
sequitur tali voto: Tuccatur Deus vitam tuam, cætera
à te ipso pete. Dij tibi dent annos, à te nam cætera
sumes.

Isti rejiciunt auxilium Spiritus sancti, & deducunt
hominem ad gubernationem vitæ & morum Es-
theticam.

Sed pij in Ecclesia, agnoscunt tristissimam imbes-
cillitatem naturæ humanæ, & intelligunt infinitum
discrimen esse inter motus naturales, & inter motus,
accensos à Spiritu sancto, in uera conversione, & in-
uocatione. Ideo dicitur: Sine me nihil potestis facere.
Sine tuo numine, nihil est in homine.

Effunditur igitur Spiritus sanctus, in pectora res-
tatorum, ut ea ad imaginem DEI, quæ est ipse Fi-
lius Dei, intus loquens in mente, transformet ad
renouat, accendat lucem, & agnitionem conformem Eu-
angelio, sicut nos ad ueram inuocationē, & exerceat
salutares

salutares motus, tales videlicet, quales in ipsa natura humana CHRISTI glorificata, lucent. Deo enim nobis de suo Spiritu. Iste Spiritus opitulatur nostre firmitati. Egreditur à patre, missus per Filium, et nobis restituit imaginem Dei. Regreditur etiam Filium, & patrem, ut nos cum Deo copulet. Inrabili gemitu pro nobis interpellat, & clamoribus Abba pater, pectus aeterni patris, ad misericordiam stimulat.

Similitudo.

In nostra natura, ex bonis Spiritibus, sequuntur bonae ratiocinationes, & concinni motus. Ita quoque optimus Spiritus, permiscet se verè, & substantiatur Spiritibus natis in nostra natura, & discurrunt in corpore, illisq; imprimunt lucem, & nouitatem scientiae, sapientiae, & iustitiae naturali.

Contra:

Officia personarum non sunt confundenda.

Filius interpellat pro nobis.

Ergo non Spiritus sanctus.

Respondeo ad Minorem. Filius interpellat nos, non ut Mediator, & Sacerdos, offerens aeterno patri meritum suum, & precium redemptionis, & exauditionis. Spiritus sanctus interpellat, non ut Mediator ad patrem, sed ut agitator, inclinans nos ad invocationem, & opem ferens nostrae imbecillitati, quae nec per se nostra, nec magnitudinem bonitatis diuinae intelligit.

5. Quomodo retinetur, & effunditur?

Sicut Spiritus sanctus datur per verbum, cum ipse Filius $\delta \lambda \omicron \gamma \theta$, præsens, & efficax est, ita, ut retineamus hoc donum, præcipitur nobis vigilantia, cogitatio verbi, diligentia vitandi lapsus, & cura inuocatonis.

Omnia dona, & habitus, crescunt exercitijs:

Ita dona Spiritus sancti augentur seria cogitatione, meditatione doctrinae, Inuocatione, & exercitijs vere poenitentiae, & fidei, iuxta dictum: Habenti dabitur.

Effunditur autem Spiritus sanctus,

Peccatis contra conscientiam, Quia in omni peccato contra conscientiam, est contemptus Dei, cum quo non stant fides, & Spiritus sanctus.

Posse autem sanctos relabi, testatur scriptura. Dominus dicit, expulsam fuisse immundum Spiritum, & domum fuisse purgatam, & ornatam. 2. Petr. 2. dicitur: $\text{Illeccebris capiunt eos, qui verè effugerunt, } \rho \omicron \lambda \iota \varsigma \ \delta \rho \tau \omega \varsigma \ \delta \alpha \nu \ \phi \upsilon \gamma \omicron \nu \tau \alpha \varsigma$. Et graues esse sanctorum lapsus, testatur dictum: Aduersus Aaronem, iratus fuit Dominus, & voluit contere eum. Ideo excutias inuicem scirritatem, & retineamus timorem Dei, & consolationem, patefactam in Euangelio. Illi sunt electi, qui timent cum sunt lapsi, redeunt ad poenitentiam, & discedunt ex hac vita, in vera agnitione, & inuocatis

one Dei, iuxta dictum: Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

Credo sanctam Ecclesiam Catholicam.

Ideo mittitur Spiritus sanctus, ut perpetuo in aere humano excerpatur & segregetur DEO in aliquis sanctus, & distinctus ab impijs congregatus. Proximo igitur subiicitur Articulus de Ecclesia.

Quæ est commonefactio in hoc membro.

Firmiter credo, & asseuero, Filium Dei per angelum, & Spiritum Sanctum, omnibus temporibus in mundo excerpere sibi aliquod agmen sanctum colligere sibi æternam Ecclesiam, quam seruat, & defendit potentia diuina, frenantibus omnibus Diaboli & organis Diabolorum, in qua Ecclesia, sunt ueræ uiua membra Christi, inserta Christo capiti filio, & per eundem Spiritum sanctum, & est inter illos diuini consensus, in doctrina fundamenti, in inuocatione, & ueris cultibus.

Nominatim etiam, gratias ago Filio Dei, creatori, & custodi Ecclesie sue, quod me uocauit ad societatem huius Ecclesie, quod me adiunxit cooperatorum, in quo solo sunt electi, & mihi etiam promissit, & tribuit hereditatem æternorum bonorum, cum

tebo peccatore oro, ut in me lucem & veritatem suam
 assignet, augeat mihi fidem, & donet Spiritum sanctum,
 & faciat, ut semper sim civis ueræ Ecclesiæ, &
 heres eternæ vitæ. Beati, qui habitant in domo tua,
 Domine, in secula seculorum laudabunt te.

Quæ est doctrina huius Articuli?

Complectitur hic Articulus doctrinam de Eccles
 siæ, & vicina capita.

Vocabulum ECCLESIA,

Consuetudine Attica, significat ordinatam cons
 gregationem, distinctam gradibus officiorum, & ho
 minum.

Quid est Ecclesia?

Ecclesia in hac vita, est cœtus visibilis amplectens
 totum Euangelium sine corruptelis, & rectè utentium
 sacramentis, in quo Filius Dei, per ministerium Euang
 elij, uerè est efficax, & multos regenerat uoce Euang
 elij, & Spiritu sancto, quos facit heredes eternæ vi
 tæ, & sunt in eo cœtu multi non sancti, sed tamen de
 uina doctrina consentientes.

Hæc definitio, congruit cum descriptione in cap.
 13. Matthei, de semine & de sagena.

Contra:

Sanctum nominatur, quod est conforme Deo.
 In nullis cœtibus humanis est uniuersalis integritas,
 seu, conformitas cum Deo.
 Ergo nulli cœtus sunt Ecclesia.

Respondeo

Respondeo. Plus est in conclusione, quam in premissis. Hoc sequitur: Ergo illi qui non sunt sancti, est, qui non habent initia conformitatis cum Deo sunt vera membra Ecclesie. Ecclesia enim nominatur sancta per Synecdochen. Quia in Ecclesia multi membra sancta, & electa: Sed in visibili societate ecclesie, sunt etiam membra mortua, & sunt membra mortua sunt, quæ non sunt sanctificati in Christo: Sed tamen consentiunt de doctrina. Illi sunt, qui retinent aliquos errores, sed non evertunt fundamentum & sunt dociles, & cedunt monenti.

Tales etiam sunt sancti, sicut dicitur: Infirmi in fide assumite. Magna fuit caligo in Apostolorum ætate, & in patribus, & omnes sumus infirmi, & non omniscius. Fit igitur denominatio à principali, & ecclesia nominatur sancta, propter viua membra.

Illi autem, qui descendunt Idola pernicitatis, & evertunt aliquem Articulum Fidei, sunt alieni ecclesie, & sunt Anathemata.

Quæ sunt signa monstrantia Ecclesiam Dei:

Tria sunt signa necessaria, & vniuersalia.

1. Doctrina Euangelij incorrupte professio.
2. Vsus Sacramentorum, conueniens diuinae institutioni.

3. Obedientia debita ministerio Euangelij, iuxta
 dicitur: Oves mee, vocem meam audiunt. Vna fides,
 nam Baptisma. Obedite prepositis vestris, scilicet, in
 his, quae sunt propria ministerij, iuxta Euangelium.

Enthusiaste magnum certamen mouent, de hae
 propositione: Spiritus sanctus est efficax per ministeri-
 um, seu, per Verbum, & Sacramenta.

Ita autem argumentantur.

I.

Vbi vnus est Mediator, ibi remouentur omnes
 alij Mediatores, & omnia media.

Christus solus, & unicus est Mediator.

Ergo omnia alia media, & $\sigma\omega\sigma\phi\gamma\alpha$ sunt remo-
 uenda.

Respondeo ad Maiorem per distinctionem. Aliud
 est loqui de Mediatore propiciationis & intercessionis,
 videlicet, de persona Christi, & aliud loqui de medio,
 quo illam ipsam personam agnoscimus, Nam agnosci-
 tum Mediatorem oportet, vt Esaias inquit, Agnitio
 serui mei iusti iustificabit multos. Deinde discernenda
 sunt media physica, uel Magica, a medijs Theologicis.
 Virtute naturali sua efficacia immutant corpus, &
 depellant morbos, etiam sine cogitatione vtentis. Magi
 apud Poetas, carminibus suis putant inesse vim mutandi
 homines. Sed vocabulum Medij, in Ecclesia, solum in-
 telligitur de ordine, quam instituit Deus, & quem
 Christus vnus Mediator seruat in conuersione, & iusti-
 ficatione hominis.

Filius

Filius Dei est efficax tantum in illis, qui sunt in coetu vocatorum, qui discunt, cogitant, et capiuntur vocem, patefactam ab ipso, ex sinu patris, et sonantem in ministerio. Non igitur ordinatur est à raptibus, à speculationibus, et imaginibus fanaticis, extra, et prater verbum scriptum.

Sed Spiritus sanctus est efficax in illis, qui viuunt noticiam, de essentia, et uoluntate Deo, per euangelio, prolato à CHRISTO, et talia efficiuntur te, et corde hominis, qualia vox foris sonans, est comprehensa, seu intellecta, promittit.

2.

Necesse est seruare discrimen, inter creaturam, et creaturam.

Omnis efficacia tribuitur uerbo substantiatiuum est, Filio DEI in scriptura.

Ergo non uerbo uocali.

Respondeo ad Minorem: Omnis efficacia tribuitur τὸν λόγον qui est filius, scilicet, ut eadem est seu efficaci in nobis per uocem Euangelij. Nam hæc sunt coniungenda, Quia sicut foris omnibus seruat ministerium, ita intus in anima, per uocem intellectam, et acceptam. ὁ λόγος accendit lucem, et iusticiam, secundum uerbum uelatum.

Quod uerbum non semper sit appellatum Filij, sed saepe etiam significet doctrinam à filio patefactam,

Manifesta sunt testimonia: Posui verba mea in
ore tuo. Prope est verbum in ore tuo. Diabolus rap-
ta verbum, ex cordibus eorum. Verba quæ dedisti
mihi, dedi eis. *ψη, α, γ, α.* Qui credituri sunt in te, per
verbum eorum.

2.

Res mortua non est efficax.

Verbum, & Sacramenta, sunt res mortuæ.

Ergo non sunt efficacia.

Respondeo ad Minorem. Non tribuimus Syllabis,
Characteribus, uel externis Symbolis, vim, aut efficacia-
m physicam, uel Magicam: Sed docemus, Filium
Dei presentem esse suo ministerio præsentia liberrima,
Spirituali & uiuifica, seruato scilicet, illo ordine, quem
exhibuit uox diuina. Vult autem hominem doceri ex
uero patre facto, confirmari uisibilibus signis, ab ipso
uoluntatis, & totam Fidem, & uitam, regi uoce scri-
ptæ, non afflatibus Enthusiasticis.

Tendendum est etiam discrimen, inter processum
Physicum, & Theologicum. In physicis experientiis
sequitur assensus. Is credit Scammonio educibilem,
quærit, aut audiuit à fide dignis. Sed in Theologia,
assensus præcedit experientiam. Dauid sustentans se
uoce promissionis, & assentiens seu credens promissio-
ni, sentit læticiam, & consolationem.

Propter quas causas abhorremus à dogma-
te illorum, qui renūciunt efficaciam
ministerij.

s. Vlti-

1. Vbi recipitur hic fanaticus error, ibi non est amitti doctrinam legis, & Articulorum fides permittitur & confirmatur licentia committitur fanaticas opiniones, gratas affectibus hominum.

2. Amittitur consolatio, quia homines opprobriis & doloribus deducit hoc dogma ad promissionem scriptam, sed ad *εὐφροσύνην* status singulares, quos ubi non sentiunt, mergunt in desperationem.

3. Extinguuntur omnia exercitia penitentiae inuocationis. Quia non suscitans se voce scripturae, quærens raptus extra verbum, amittit omnem inuocationem, & nulla est inuocatio sine cogitatione promissionis, sicut est in gradatione Paulina, Rom. 10.

Testimonia, quod coniungenda sunt
Verbum vocale, & Filius
DEI.

Plurima sunt: Euangelium est potentia salutem omni credenti. Euangelium est minister Spiritus. Placuit DEO per stultam predicationem saluos facere credentes. Vt per consolationem sperarum spem habeamus.

Estne vera Ecclesia visibilis in
hac vita?

Est.

Contra:

Articuli Fidei non sunt visibiles.

Ecclesiam esse, est articulus fidei.

Ergo Ecclesia non est uisibilis.

Respondeo ad Maiozem: Articuli fidei non sunt uisibiles, scilicet quod attinet ad propositiones, uel complexa, Quia sunt noticiae, non notae naturae, sed haustae ex uerbo Dei. Sed subiecta singularia uidentur in oculos. Abraham credit coniugium esse rem sanctam, & concessam; & tamen uidet eam Saram.

Minor: Credimus Ecclesiam esse populum Dei, cui Deus dat remissionem peccatorum, & uisitationem. Homines autem amplectentes Euangelium, agnoscuntur sensu, & oculi atq; aures possunt eos discernere ab alijs hominibus. Neq; membra Ecclesiae possent trucidari ab hostibus, nisi essent uisibilia. Negetur & consequentia, quia plus est in conuisione quam in praemissis, ex quibus hoc tantum sequitur, Ergo Ecclesiam esse est propositio non uisibiliter in oculos incurrens, sed tantum fide apprehendenda.

Contra erroneos, qui vagantur, & nullius Ecclesiae ciues esse uolunt,

Sciamus, prorsus necesse esse, ut singuli saluantur coniungant sese cum uera Ecclesia, fide, confessione, uocatione, & uoluntate seruandae Ecclesiae. Ergo singuli, recitantes hunc Articulum, circumspiciant, ut sint Ecclesiae uerae reliquiae, & cum eis se

Z

coniungant

coniungant. Mandata multa sunt: Vnum pro
 Domino, hoc requiram, ut habitem in domo Do-
 mi, omnibus diebus uitae meae. 2. Iohan. 1. Qui
 manet in doctrina Domini Deum non habet
 bra. 10. Non deserentes congregationem uestram.
 Quos elegit, hos et uocauit. Plantati in domo
 Domini, in atrijs domus Dei nostri florebut. Eius
 est uersus Nazianzeni: Ζητῶ Νῶν κίθαρην
 μῶρον ζῆνον ἀλύξω.

Quae est enarratio uocabuli CATHOLICA Ecclesia:

Hec descriptio, seu, nota, opponitur
 tiae Mosaicae, et Iudaicae ac pontificijs
 regno politico. Ecclesia post resurrectionem
 Christi non est alligata ad illam Politiam, et Legi-
 icas, neq; etiam est coetus, similis Imperij
 munitus autoritate regia, uel praetoria. Sed
 gregatio hominum collectorum, uoce Euangeli-
 promiscue ex Gentibus, et Iudaeis, dispersa in
 sa Imperia, utens legibus honestis, cuiusq; regu-
 re, et sine offensione conscientiae.

Commonefacit igitur hoc uocabulum
 beneficijs Euangelij, quod pertinet ad omnes
 tes, et de libertate Christiana.

**Quot sunt gradus libertatis
 Christianae:**

Quatuor.

1. Gradus est. Gratia, propter meritum Filij Dei credentes liberans à condemnatione Legis, donata ipsis propter eundem Mediatorem gratuita remissione peccatorum, imputatione iusticiæ, & hereditate uitæ æternæ.

2. Est donum per gratiam, seu efficacia Filij in credentibus, qui donantur Spiritu sancto, per quem fit uiuificatio, id est, consolatio inchoans nouam, & æternam uitam.

3. Gradus est libertas seu, liberatio à ceremonijs, & fœrensibus legibus Politicæ Mosaicæ. Ante exhibitum Messiam, etsi fuit discrimen inter iusticiam æternam, & bonam politicæ Iudaicæ, tamen Ecclesia istius populi fuit alligata ad certum locum, & certum templum. Destrueta politia, Christiani sunt dispersi, in diuersa Imperia.

4. Gradus est liberatio à traditionibus humana in Ecclesia, ubi tenendæ sunt hæc regulæ: Nulli creature licet instituere cultus Dei, aut aliquam Legem condere contrariam legi diuinæ.

2. Ritus, instituti boni ordinis causa, sunt seruandi, sine opinione cultus, & sine opinione necessitatibus. Quia extra casum scandali, sine peccato omitti possunt. Vt quidem supra etiam monuimus.

Qualis est controuersia Ecclesijs imbu-
ratis, cum aduersarijs Pontificijs,
de hoc Articulo :

Pontificij præcipuè deprauant duos Artic-
Symboli : Credo sanctam Ecclesiam, & com-
misionem peccatorum. Mahometiste negan-
ticulum de diuinitate filij, & historiam beati-
rum Christi, Pontificij errant de applicatione

Qualem Ecclesiam fabricant
Pontificij :

Ecclesia Pontificia est Monarchia, quæ
plectitur primatum Romani Pontificis, ordinem
successionem Episcoporum, distinctos gradus
num, ut in Politia, potestatem prætoriam, con-
leges, seu dogmata, & interpretandi ea, ad
litudinem rituum institutam ab hominibus.

Quales sunt errores in hac
imaginatione :

Est duplex uero, sumpta partim ex
cordotio Leuitico, partim ex Imperijs mundanis.

Responde ad argumenta
vsitata.

I.

Vbi est ordo, ibi est primatus.

In Ecclesia est ordo, iuxta dictum : Et
sicut castrorum acies ordinata est.

Ergo in Ecclesia est primatus, attributus
Romano Pontifici.

Respondeo. Plus est in conclusione quam in pre-
missis. Quia caput Ecclesie est Filius Dei. Et potest
magis Maior, si intelligas primatum, de potestate
Regia. Recte autem conceditur in Ecclesia esse
primatum, scilicet heroicum, qui significat collatio-
nem donorum, excellentem communes gradus, me-
ritum doctorum, sicut Paulus de sese inquit:
Plus laboravi, quam reliqui omnes. Sed donum il-
lud Spiritus sancti, non est potentia politica trans-
ferendi regna, aut condendi & interpretandi leges,
aut instituenti cultus in Ecclesia: Quia significat à
Spiritu sancto, accensam lucem uerae agnitionis, &
inuationis Dei, quae nominatur donum commune,
necessarium singulis, & cum hac luce coniunctum
donum Heroicum, necessarium ministerio, ad pro-
pagationem, & explicationem doctrinae, ut dona
linguarum, interpretationis, & similia.

2.

Ita argumentatur Synodus
Tridentina.

Vbi est Sacerdotium, ibi est potestas.

In nouo testamento est Sacerdotium.

Ergo ministerium noui testamenti habet po-
testatem.

Respondeo ad Maiorem: ubi est Sacerdotium, ibi
est potestas, scilicet, non potestas politica, seu pra-
toria, sed potestas conueniens sacerdotio, quae no-
minatur ministerium congruens ad ordinationem

Z 3

Euange-

Euangelij, iuxta dictum: Reges gentium domantur, uos autem non sic. Concedo igitur uobis potestatem habere potestatem scilicet institutam in Euangelio. Et tamen hic quoque retineo discrimen Sacerdotium commune omnium credentium ministerium publicum docendi atque administrandi sacramenta in Ecclesia.

3.

Nemo dat potestatem, quam non habet.
Non Episcopus non habet ius ordinandi.

Ergo ordinati à non Episcopis, non sunt veri Episcopi, aut doctores.

Respondeo. Explicanda sunt iura ministerij, patebit responsio ad argumentum. Filius Dei est creator & conseruator ministerij, ac est effectus in cœtu, ubi recte docetur Euangelium, & illi subinde præficit idoneos doctores, & propagat Euangelij, iuxta dictum: Sedet ad dextram patris, dans dona hominibus, pastores, & doctores. Ille cœtus habet ius electionis, & uocationis pastorum, iuxta dicta Pauli: Constitui in uobis presbyteros, sicut ordinavi. Item: Hæc communi fidelibus hominibus, qui sunt idonei ad docendum alios.

Electio, & ordinatio Ministeriorum.

Electio debet fieri ordine, & uocacione

consuetudine fiebat, communibus suffragiis Presbyterorum, & populi. Populi uero caput est Magistratus, ad cuius curam pertinet, ut adhibeat in consiliis, eruditos, & intelligentes.

Ordinatio comprehendit probationem, & renunciationem illius, qui est electus, & invocationem, petentem à Deo efficaciam, & gubernationem. Ista comprobatio iuxta decretum Synodi Nicene, fit à vicinis Episcopis. Nunc ferè commendatur illa collegiis Academiarum, quæ hoc consilio sunt instituta, ut sint rectrices ministerij, & studiorum.

Sed sciendum est, ritum ordinationis non tribuere singularem potestatem electo, nec ministerium esse efficacem propter illum ritum, uel ceremoniam. Sed efficacia dependet à promissione Christi, qui est presens in Ecclesia, non alligatione aliqua physica, uel Magica, ad personam ministri, sed propter ordinem ab ipso institutum.

Respondeo igitur ad Minorem.

Ille cœtus, qui retinet incorruptam uocem Euangelij, retinet omnia iura ministerij. Doctores igitur nostrarum Ecclesiarum, legitimo modo sunt electi, & comprobati, ab idoneis hominibus, qui uerè sunt Episcopi. Et Deum per ministerium eorum esse efficacem, testantur etiam corda piorum, quæ sentiant consolationem, in nostro ministerio, iuxta dictum: Iustificati fide, pacem habemus. Illi uero qui

defendunt manifestam idolatriam non sunt Episcopi, sed hostes Ecclesie, iuxta dictum Pauli: Si quis aliud Euangelium docet, Anathema sit. Ceterum ordinationis est donum pertmens ad Ecclesiam, ad hostes Euangelij. Ergo recte faciunt non tentes ordinationem à persecutoribus Euangelij, Ecclesie.

4.

Rursus argumentatur Synodus.

Impositio manuum est ordinatio.

Donum Spiritus sancti, accipitur per impositionem manuum, iuxta dictum: Descendit in te donum, quod in te est, per impositionem manuum nostrarum.

Ergo Spiritus sanctus datur per ordinationem.

Respondeo ad Maiorem per distinctionem. Magnum discrimen est, inter impositionem manuum, usitatam Apostolis, & inter impositionem, quae seruatur in ritu ordinationis. Cum Apostoli imponebant manus, fiebat uisibilis effusio Spiritus sancti, sicut accidit in Pentecoste, & fuit singulare miraculum, attributum primae Ecclesie, & uocatione Apostolica, quae est superior ceteris. Nunc postquam desijt tempus miraculorum, & doctrina confirmata est per miracula, & cum munus populi, uel Episcoporum, & doctorum, sit inferior uocatione Apostolica, retinetur ritus impositionis

manuum, in ordinatione, ut uestigium moris Apostolici, & ut Allegorica pictura, commonefaciens ministrum de officio suo, de arumnis suis, & de consolatione.

Nam sicut uictima dedicatur Deo, per impositionem manuum. Ita minister Euangelij sit sanctus, retinens puritatem doctrine, & bonam conscientiam. Et sicut uictima mactatur, & comburitur: Ita minister proponat Ecclesie, efficaciam sacrificij Christi, qui est uictima, & sciat se etiam futurum uictimam, id est, toleraturum arumnas propter confessionem. Toti uerò

Imaginationi, de potestate Episcopi
Romani, aut de ordinaria
successione,

Oppono breuiter hanc regulam: Cum agmen Pontificium, defendat Idola, & exerceat iniustam crudelitatem, ad delendam ueram doctrinam, necesse est ab eo nos dissentire, sicut necesse fuit pios dissentire à Sacerdote Leuitico, cum tamen illud Sacerdotium, expressè à Deo esset institutum. Regule sunt notissimæ: Fugite Idola. Si quis aliud Euangelium docet, Anathema sit.

Deinde tenenda est etiam hæc regula: Similitudo rituum humanorum, non est necessaria in Ecclesia iuxta dicta: Regnum Dei non est esca, & potus. Nemo uos arguat in cibo, & potu. Sed satis est, si seruetur finis generalis: ut omnia fiant ordine, & decenter.

Z §

Nega

Negamus etiam,

Episcopos adiunctos Pontifici, esse successores Apostolorum, ex eodem fundamento, quia successio consistit in conseruatione puritatis doctrine, et errorum cultuum, non in possessione, aut inhabitacione eorundem locorum. Samosatenus non fuit successor Petri, in munere docendi, etsi habuit titulum Episcopi Antiocheni.

Neq; Orientales Ecclesie, tunc cum aduocati Episcopi, essent custodes sincere doctrine, obtinuerunt confirmationem ab ipsis. Nunc autem Episcopi non possunt petere ordinationem ab Episcopo regni pontificij, qui manifeste sunt hostes Episcopi, & pios doctores iubent interfici.

Contra:

Vox ueræ doctrine, nunquam est ignota Ecclesie Catholice.

Doctrina quam sonant Ecclesie in ista ætate, multis seculis fuit ignota, ut ostendunt historie.

Ergo illa doctrina, non est uox Catholice Ecclesie.

Respondeo. Nego Minorem. Semper in mundo conseruata est, aliqua scintilla ueræ doctrine, etsi Ecclesia aliàs fuit frequentior, aliàs minus frequens, & aliàs plus, aliàs minus lucis habuit.

Id ostendo ex historijs.

Græca Ecclesia, nunquam probauit omnia de-
 cetera, omnes superstitiones & abusus Ecclesiæ Ro-
 mæ. Non enim lege Tyrannica sustulit aut dam-
 nauit coniugia sacerdotum. Non recepit nondina-
 tiones priuarum missarum, non probauit circum-
 gestationem, repositionem & adorationem panis.
 Non agnouit figmenta de primatu Papæ, de autori-
 tate Ecclesiæ & conciliorum supra scripturam, de
 redemptione animarum ex purgatorio, &c. Deinde
 etiam ante hæc tempora, sub regno Pontificio, fue-
 runt aliqui sancti, recte sentientes, qui testati sunt se
 improbare errores & tyrannidem ordinariæ pote-
 statis in agmine Papistico. Et alij in illis ipsis tene-
 bris pontificijs de fundamento doctrinæ melius sen-
 serunt, quam alij, ac interdum liberius taxarunt
 crassiores superstitiones. Tales non dubium est fuis-
 se dociles, & quæsiuisse ueritatem, etsi retinuerunt
 quedam contagia errorum. Idq; ostendunt scripta
 Tauleri, Vesseli, Hiltenij, Iohannis, & Hieronymi
 Pragensis, Bernardi, Bonauenturæ, & multorum
 aliorum. Multi etiam ex populo, quantumuis esset
 caligo, & infirmitas magna, in pauoribus conscien-
 tiæ, & agone, reiectis stipulis superstitionum mo-
 rnicarum, apprehenderunt misericordiam Dei,
 monstratam uoce Euangelij.

Hanc responsionem declaro, per
 simile euidētissimum.

In Iudæa Impij Pontifices, Zaducæi, &
 Pharis

Pharisei, etsi tenebant locum sacerdotij Leuitici, nomen non erant Ecclesia Catholica Dei, quia non tenebant doctrinam Prophetarum. Sed Zacharia, Simeon, Maria, Elisabeth, Ioseph, & horum audires, erant Ecclesia Dei Catholica, quia retinebant doctrinam Prophetarum. Et sub ipsis Pharisei qui erant dociles, in quibus aliqua erat scintilla ræ doctrina, ut in Nicodemo, & similibus.

Hæc imago Ecclesiæ, congruit ad descriptionem Propheticam: Reliqui mihi populum pauperem in terra, inuocantem nomen Domini.

Concludimus igitur:

Ecclesiam Romanam, non esse catholicam Ecclesiam Christi: Sed Politiam, excogitatam auctoritate hominum, contra doctrinam Euangelij.

Ecclesia est Monarchia, sed quod ad caput Christum attinet. Et Aristocratia, quod ad membra stros attinet, & auditores, ut honesta schola.

Nostræ autem Ecclesiæ, Dei beneficio, pars Catholice Ecclesiæ Christi, quia profertur corpus doctrine, consentiens uoci cœlesti, Symbolis, & probatis scriptoribus ex uetustate, & abhorrent ab omnibus fanaticis opinionibus, quæ pugnant cum Symbolis.

Fides autem nostræ, non nititur ulla auctoritate humana, aut mandato Ecclesiæ, sed perspicuo uerbo Dei. Ecclesiam uerò Catholicam audimus, ut stem, & confirmamur testimonijs uetustatis patrum.

Sanctorum communionem.

Hec appendix est declaratio prioris Articuli, quamquam in quibusdam codicibus græcis, non reperitur. Statuendum est in externa, & uisibili Ecclesia esse multa membra uiua, & sancta, scilicet, regenerata, & sanctificata per Filium Dei, & Spiritum sanctum, ad eternam uitam, Et

Inter illos electos est κοινωνία
duplex :

Foris est unitas, societas, & consensus in fundamento, uidelicet in Articulis Fidei, & mandatis diuinis, etiamsi sit aliqua dissimilitudo, in ritibus humanis, sicut alij fuerunt ritus Ecclesie Orientalis, alij Occidentalis. Deinde inter eosdem sanctos etiam est κοινωνία, uel societas interior, & spiritualis. Quia omnes electi sunt membra unius corporis, cuius caput Christus est, perficiens omnia in omnibus, copulans omnes sibi, uno, & eodem Spiritu. Ideo, sicut CHRISTVS in extremo agone precatur : Patet, ut unum sint in nobis, Ita omnes pij, summa cura seruare debent communem concordiam, & non faciliare, uel turbare inuocationem, in cordibus precare, quorum uox debet esse, una, & eadem, conuocata cum uoce, & intercessionem summi Sacerdotis Christi.

Manifestum est autem, articulum loqui de sanctis, uel electis in hac uita, etsi uerum est, etiam sanctos uel electos in coelesti consuetudine uiuentes

¶

cum CHRISTO, esse socios Ecclesie in ista terra: Sed sunt differentes gradus illius interuentiois. Nam aliter habitat Deus in sententia hac uita, aliter in uita coelesti, ut supra declaramus.

Credo remissionem peccatorum

Hoc caput commune facit nos, de applicatione beneficiorum Euangelij ad singulos, quae cogit de applicatione, in quotidiana recitatione Spiritus diligenter insigenda est animis. Cum igitur propositionem pronuncias, exscites te ad meditationem, de summa Euangelij, & te nominatim cludas in uocem promissionis.

Hæc enim est sententia.

Ego firmiter, & sine ulla dubitatione, assero, Filium Dei esse Saluatorem meum suo merito, & sua efficacia, eumque dare remissionem peccatorum, reconciliationem, iusticiam, hereditatem uitæ æternæ, non tantum paucis quibusdam alijs, sed omnibus qui in ueris doloribus conscientie, fide ad eum fugiunt, Itaque statuo remissionem peccatorum, quoque, agenti poenitentiam, & petenti, gratia certo dari. Hanc fidem, accensam per Filium in uoce promissionis, patefactæ in Euangelio, & per omnibus fluctibus dubitationum, in mea mente, pono eam omnibus tentationibus de inuigilanti. Verè scio, & fateor, me esse miserum hominem.

pollutum horribilibus sordibus, & peccatis: Sed si
 scio uoluntatem Dei esse, ut conuertar ad hunc
 Regnum, & statuam regnum huius Domini, esse po-
 nitus toto regno Diaboli. Non igitur arguam
 eam mendacij, sed sustento me uoce Euangelij, &
 toto pectore clamo: Credo Domine, opem ser im-
 becillitati meae.

Complectitur igitur hoc caput, doctrinam de
 poenitentia, de Iustificatione, & de peccato, quarum
 rerum summam, breuissimè propono innotoribus.

DE POENITENTIA.

Quid significat uocabulum
 poenitentia?

Grammaticis significat reprehensionem, &
 mutationem prioris uoluntatis, propositi, seu facti.
 Magis igitur congruit uocabulum ad illam partem
 conuersionis, quae nominatur contritio, seu ad do-
 lores, & pauores. Sed Ecclesia hoc nomine usa est,
 de tota conuersione, quae complectitur dolores, &
 consolationem. Nam ita sepe loquitur uox diuina:
 Gaudium est Angelis, de uno peccatore, agente
 poenitentiam.

Vocabulum conuersio, est illustrius nomine
 poenitentiae. Paulus utitur his duobus nominibus,
 Iustificationis, & uiuificationis.

Quid est poenitentia?

Est seriuo expauescere, agnitione irae Dei, ad
 uersus peccata, & rursus Fide in Christum, accipere
 remissionem

remissionem peccatorum, reconciliationem, satisfactionem, & uiuificationem, & in hac fide noua re nouam obedientiam.

Quot sunt partes poenitentiae?

Tres sunt: Contritio, Fides, & Noua obedientia.

Quid est contritio?

Est uere expauescere, agnitione in se delictorum, & dolere quod Deum offenderit.

Quae sunt causae contritionis?

Spiritus sanctus, arguens peccata, & iudicanda hominum, uoce legis & Euangelij interpretantis, & mens excitata uerbo per quod excutit Deus terrores, ut cogitet de ira Dei, iustitias & cor serio expauescens ac dolens quod offenderit Deum.

Estne contritio necessaria?

Est, iuxta dicta: *Viuo ego nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat.* Haec copulatiua, praecipit conuersionem seu mutationem prioris propositi, & promittit uiuificationem. Cor. 7. *Tristitia quae est ad poenitentiam, uiuificatio.* Esae 66. *Ad quem respiciam, nisi ad contritum spiritu, & trementem sermones meos.*

Contra:

*De ignoto potest esse dolor.**Multa & magna peccata remittuntur nobis ignota.**Ergo contritio non est necessaria.*

Respondeo. Ad Maiorem. De ignoto non est dolor in specie, sed potest esse dolor in genere. Doleo in me multarum rerum esse ignorantiam, quas mea mens singulas ne quidem aspicere aut enumerare potest. Minor. Sit dolor in genere, detestans, & deplorans universam huius miseræ naturæ caliginem, & ætæq; depravationem, quia certum est multa & magna peccata remitti singulis, etiamsi non nouerunt ea in specie, iuxta dictum: Delicta quis intelligit: Ab occultis meis munda me. Neq; remissio est alligata ad doloris magnitudinem, vel ad sufficientem contritionem, sed illi accipiunt consolationem, qui fide eluctantur ex doloribus, & adiuti à Spiritu sancto, apprehendunt meritum Filij Dei.

Nec tamen ponendum est unicum aliquod momentum conversionis, vel insensibilis, vel subito desinantis. Quia totum onus peccati, dubitationum, caliginis, & peccantium motuum, non subito deponitur, in hac massa peccati. Sed sicut subinde crescit lux fidei, & consolatio in pijs, Ita etiam crescit agnitio peccati, & dolor de peccatis, ut scriptum est in prouerbijis Salomonis: Beatus qui semper est pauidus. Item, apud Paulum, operamini salutem cum timore & tremore.

A 1

Contra

Contra:

Contraria non sunt in eodem subiecto.

In sanctis est dilectio Dei.

Ergo non est in eis timor.

Respondeo, Ad Maiorem: Contraria non sunt in eodem subiecto, scilicet, in gradibus excellentibus. Sed in gradibus remissis sunt simul. Minor: in sanctis est dilectio Dei, cum timore filiali, non seruilis.

Timor filialis est dolor, cum fide, qua accipitur dilectio Dei. Timor seruilis est dolor, fuga, & timor Dei, sine fide. Dolor autem sine fide, non est partus penitentiae. Sed in renascentibus est iustitia, in quibus miscentur sensus irae Dei, poenarum, & Fides, ut fiat consolatio.

Secunda pars conuersionis,

Est fides. Eius definitio supra tradita est.

Recita Propositionem Euangelii, de
Iusticia fidei.

Propter Filium Dei Mediatorem, & propter obedientiam, gratis, non propter ulla nostra merita sola fide accipimus, in veris paucibus poenitentia, & missionem peccatorum, & reconciliationem, & consolationem cum fide sustentamur; ipse Filius Dei nobis est efficax, dicit consolationem voce Euangelii ostendit misericordiam patris, liberat nos ex dolo inferorum, dat Spiritum sanctum. Perpetuo igitur fidei, id est, accepti Deo sumus propter obedientiam Mediatoris, simulq; donamur Spiritu sancto, & hereditatem

vite aeternae, propter Mediatoris, non propter nostram dignitatem, aut nostras virtutes, seu opera.

Recita aliqua illustria testimonia.

Hic omnes Prophetae testimonium perhibent, accipere remissionem peccatorum, per nomen eius, omnes, qui credunt in eum. Et haec propositio expressè constituitur Rom: 3. Omnes peccauerunt, & carent gloria Dei. Iustificamur autem gratis, ipsius gratia, per redemptionem, quae est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propiciatorem, per fidem, in sanguine eius.

Propter quas causas, necesse est retinere Exclusionem particulam. GRATIS, item, sola Fide:

Propter quatuor causas.

1. Ut Mediatori Filio Dei, tribuatur debitus honor, quod propter ipsum gratis, non propter nostram dignitatem ullam, accipiamus remissionem peccatorum, & reconciliationem. Nam hic honor est solius Filij Dei, esse agnum Dei tollentem peccata mundi.
2. Ut nostrae mentes teneant firmam consolationem. Quia si remissio penderet ex nostra dignitate, foret merita. Ita dicit Paulus: Ideo ex fide gratis, ut sit firma promissio.
3. Ut sit illustre discrimen, Legis, & Euangelij. Quia Lex non habet gratuitam promissionem. Sed particula gratis propter Christum: discernit Legem, & Euangelium.

A. 4. 2

4. Ut

4. Vt possit fieri inuocatio ad Deum. Quia
 sputatio de nostra indignitate, item de particula
 promissionis turbat inuocationem.

Ista igitur doctrina, firmiter retinenda est
 quam perpetuus consensus Catholice Ecclesie
 cui suffragantur etiam probati scriptores
 quitate.

Iuniores meminerint hæc
 dicta:

Augustinus: Totius fiducia certitudo, est
 cioso sanguine Christi.

Ambrosius: 1. Cor. 1. Hoc constitutum est
 ut qui credit in Christum, saluus sit, sine opere,
 fide, gratis accipiens remissionem peccatorum.

Basilii usus est etiam particula: Sola fiducia
 tione de humilitate. Ita Bernhardus: Per solam
 iustificatus, pacem habebit apud Deum. Hieronymus
 inquit: Iusticia nostra non ex proprio merito,
 Dei consistit misericordia.

Tertia pars pœnitentiæ,

Est, Noua obedientia, que est propositio
 choandi nouam vitam, congruentem ad omnia
 data Dei, iuxta regulam: Milita bonam militiam
 bens fidem, & bonam conscientiam.

Recita vsitatas Quæstiones, de bonis
 operibus.

1. *Quæ opera sunt docenda, & faciendæ?*

Respondeo. *Illæ quæ præcipiuntur in Decalogo, nisi intellectu, iuxta dictum Ezech: 20. In præceptis meis ambulate, & facite ea.*

2. *Quomodo possunt fieri bona opera?*

Externa opera Legis Moralæ, quæ nihil differunt à sensatione locomotiivæ, possibilia sunt omnibus hominibus, etiam non renatis. Obedientia verò interior, non inchoatur nisi in conversione ad Deum, id est, non inchoatur sine Evangelio, sine filio Dei & Spiritu sancto. Filius Dei efficax est in credentibus, voce Evangelij, & simul effundit Spiritum sanctum, confirmantem assensum in homine, & excitantem motus, conformes DEO. Non fiunt igitur bona opera, id est, initia novæ obedientiæ sine agnitione, præsentia, & auxilio Christi. Quia Filius est umbraculum protectionis, perpetuæ intercessionis, & gubernationis. Docet mentes, regit eas consilijs, & Spiritu sancto confirmat corda, contra illecebras Diaboli.

Hæc præsentia Filij, conspicitur à Sanctis tripliciter:

1. *Sentiunt consolationem in corde, in conversione, iuxta dictum: Iustificati fide pacem habemus.*
2. *Sentiunt auxilium in ipso labore, ut dicitur: Spiritus opitulatur infirmitati nostræ.*

3. In euentu agnoscunt Deum fuisse gubernatorem, iuxta dictum: Commenda Deo viam tuam, et ipse faciet.

3. **Quomodo placet inchoata obedientia?**

Hec questio declaratur tribus modis.

1. Neesse est in conuersione statuere, quod placeat propter Filium, gratis, sola fide.

2. Agnoscamus, nos nequaquam legis gratiam, sed hæere in nobis adhuc multa peccata, et hæc vero dolore deploremus.

3. Sciamus, necessario tamen inchoatam obedientiam, et oportere in nobis esse bonum profectum, non faciendi contra conscientiam. Et hanc inchoatam obedientiam, quanquam languidam, et timidam, tamen etiam placere propter Mediatorem conuersis, qui et repugnant infirmitati suæ, et credunt eam sibi remitti, propter Mediatorem.

Euangelium enim duplicem et inchoatam legem promittit: promittit gratuitam remissionem peccatorum confugientibus ad Mediatorem, et illam mutabilem obedientiam renatorum, ornat hæc gloria, quod sit imputatio legis, scilicet, imputatione et inchoatione.

4. **Propter quas causas, Noua obedientia est necessaria, seu, cur sunt facienda bona opera?**

1. Ideo fit reconciliatio, ut restituatur confectio cum Deo. Necessaria igitur est inchoatio nouæ obedientiæ.

privata poene, ut dicitur: Habenti dabitur. Pater
habet promissiones presentis & futurae vite. Nam
in vita aeterna erunt gradus.

Hic Iuniores discant breuiter respondere ad
quaedam argumenta, quae opponuntur
contra doctrinam, de Iustificati-
one, seu iusticia fidei.

I.

Vbi multa concurrunt, non est ponenda
clusiua.

In conuersione hominis multa concurrunt.

Ergo non est dicendum, nos esse iustos, solummodo

Respondeo ad Maiorem: Vbi multa con-
currunt, scilicet, tanquam causa, vel meritum. Nam
In conuersione concurrunt multae virtutes, sed illae
sunt causae, vel merita remissionis. Et exclusiua
excludit, ut Antinomi contendunt, presentiam aliorum
virtutum, aut necessitatem bene operandi, sed conueni-
entiam meriti, seu, fiduciam propriae dignitatis.

2.

Fide sumus iusti.

Fides est opus.

Ergo operibus sumus iusti.

Respondeo ad Maiorem: Propositio intelligitur
est correlatiue. Fide sumus iusti, id est, sumus iusti

De per misericordiam propter Mediatorem Filium
 Dei, quem tamen agnosci fide, & apprehendi ac ap-
 precari nobis eius merita, atq; beneficia fide oportet.
 Minor: Fides est opus. Sed non sumus iusti, propter
 aliud opus, vel qualitatem, inherentem in nobis, sed
 propter misericordiam, quam Fides accipit. Ideo qui-
 dem perspicue dixit: sumus iusti, non propter nostrum
 ordere, sed propter Christum.

3.

Tale fuit Argumentum Osi-
 dri.

Iusticia est vita, iuxta dictum: Iustus fide sua
 vivit.

Remissio peccatorum, & imputatio iusticie,
 non est vita, quia est tantum relatio, vel ordi-
 natio in mente divina.

Ergo remissio non est vera iusticia.

Respondeo. Nego Minorem: Quia etsi necesse
 est retineri in vocabulo Iustificationis relationem, sci-
 licet, remissionem peccatorum & reconciliationem,
 & imputationem Iusticie, propter Mediatorem, ta-
 men hec relatio non est ociosa speculatio aut imagina-
 ria imputatio, ut fanatici somniant, sed habent se cor-
 relative, remissio, & vivificatio, iuxta dictum: Iustus
 fide sua vivit. Enthusiastæ abducunt homines à Me-
 diatore, & docent nos placere propter impressam no-
 stram, Sed sciendum est, in hac vita, in omni consor-
 tatione.

Aa 5.

lacione.

lacione, & lucta, meritum Filij Dei, in infirmitate
ferendum esse, omnibus virtutibus novis, quæ non
efficiuntur, quia sunt languide, & imperfecte. Igitur,
igitur, nititur merito solius Christi. Sed cum illa
sione, coniuncta est viuificatio, & inchoatio
te, quæ efficitur per Spiritum sanctum, accendit
illam lucem fidei in hominibus.

4.

Hæc sunt argumenta, quibus Synodus
dentina, conatur stabilire Ethnicorum
profanam dubitationem, de
reconciliatione.

Vbi est infirmitas, & imbecillitas, ibi non
certitudo, & πλυσσοφορία.

In conuersis est ingens imbecillitas Fidei.

Ergo non potest esse certa assensio de gratia
vel de acceptatione nostri apud Deum.

Respondeo. Nego Maiorem, Quia Fides
ascendens certo, & sine dubitatione in Deo, non
nostra dignitate, vel perfectione: Sed intuitu
tum Christi, vel promissionem, de misericordia gratia
ta, & patefacta in Euangelio. Ideo est summa cer
tudo, & πλυσσοφορία. Simul autem in veris dubi
tationibus, sentitur hæc consolatio, iuxta dictum: In
fide, pacem habemus. Clamamus Abba pater. Et
inquit Augustinus: Credens scit se credere.

S.

Electio est arcana.

Nemo placet, nisi sit electus.

Ergo necesse est dubitare de gratia.

Respondeo. Nego Maiorem. Quia electio non est diuellenda a iustificatione retinentium fidem ac bonam conscientiam. Sed iudicandum est tantum de voluntate Dei, ex verbo reuelato. Duo sunt autem capita verbi reuelati, in quibus nihil est ambiguitatis. Lex asserat, Deum verè irasci omnium peccatis. Vox Evangelij promittit remissionem peccatorum, & reconciliationem, omnibus, qui Fide confugiunt ad Deum, nec sunt in Deo contradictorie voluntates, quæ Deus est verax, & impitatio contradictionis est mendacium. Ad Minorem responderi potest, Nemo vult placere, scilicet, finaliter, nisi sit Electus, iuxta dictum: Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

6.

Tantum illi sunt beati, qui perseverant vsq; ad finem.

Nemo scit se perseveraturum vsq; ad finem, sicut dicitur: Qui stat, videat ne cadat.

Ergo nemo certo debet affirmare, se esse in gratia.

Respondeo ad Maiorem: Illi qui perseverant vsq; ad finem, sunt beati, scilicet, finaliter. Deinde dico, Plur est in conelusione, quam in præmissis. Hoc enim sequitur: Ergo nemo sit securus, aut negligens, quia etiam renati possunt labi.

Cura

Cum autem loquimur de fide iustificante, semper fides significat fiduciam, quæ in præsentia accipit remissionem peccatorum, & reconciliationem a DEO, statuit se esse in gratia, & certo recipi se a Deo, ac exaudiri propter CHRISTVM. Illud certum est quia promissio est certa, Inducitur est autem, ex voluntate Dei reuelata. Credens certo placet in præsentia. Perseuerans in sceleribus contra conscientiam verè displicet Deo.

7.

Salomon inquit: Nescit homo, utrum eorum amore dignus sit.

Ergo nihil certi potest affirmari, de voluntate Dei erga nos.

Respondeo. Nego consequentiam, quia dicitur Salomonis, non loquitur de promissione gratiæ. docet, ex euentibus non esse iudicandum, de voluntate DEI. Impij sæpe florent, iusti verò premuntur, & videntur calamitates, non sunt semper signa iræ. Debet igitur hominem ad verbum Dei, à spectu oculis extrahi. Et quanta amentia est, dicere, adulteros, & homicidas, non scire an sint digni odio Dei.

8.

Ita argumentatur eadem Synodus de operibus.

Opera Dei sunt perfecta.

Bona opera renatorum, sunt actiones ipsius Dei,
sicut dicitur: *Viuit in me Christus.*

Ergo sunt perfecta, & merentur uitam eternam.

Respondeo ad Maiorem: Opera Dei sunt perfecta, scilicet, seruato ordine, & gradibus, quos ipse Deus instituit. Infans est creatura, & opus Dei, & tamen nondum est perfectus homo. Minor: Bona opera renatorum, in hoc statu inchoationis, nondum sunt perfecta, quia nondum tota natura hominum integre est sanata. Placent autem Deo, quia persona placet gratis, propter Mediatorem, & sordes, vel reliquias peccati, teguntur fide propter Christum. Paulus etiam cum renatus, placet propter Mediatorem, quia nouitas inchoata, etsi est effectus Spiritus sancti, nondum tamen est integra.

9.

Opus mulieris in Bethania, vnguentis preciosissimo oleo pedes Christi, placet Deo.

Opus illud non erat mandatum lege Dei, sed
ἀδ' ἰαφροσφ.

Ergo etiam opera non mandata diuinitus placent Deo.

Respondeo. Nego Minorem: Illud opus erat opus confessionis, quo Maria testificabatur, se tribuere huic doctori hunc honorem, quod sit Messias. Ideo hanc suam fidem, singulari opere declarat, quod, etsi non est mandatum in specie, tamen in genere pertinet ad opera

Respondedo etiam breuius. Concedo nouitatem
 æternam, qualis erit in uita æterna, præstantio-
 rem esse fidem, sicut dicitur: Maxima horum dilectio.
 Sed in hac uita, non habemus integram nouitatem, ergo
 non possimus ea esse iusti.

II.

Necessarium significat coactionem.

Noua obedientia renatorum debet esse sponta-
 nea, & uoluntaria.

Ergo non est necessaria.

Respondedo. Reijciatur Maior, cum sit agrestium
 Antinomorum mala definitio. Necessarium enim non
 significat hoc, quod extorquendum est per coactionem,
 electione uoluntatis impedita, sed significat ordinem,
 quem sanxerunt sapientia, & iusticia Dei. Ideo dicimus
 bona opera esse necessaria, necessitate definitionis, Quia
 ut sunt necessaria, & ut illa obedientia præste-
 tur, & ut sit spontanea, sicut recte Minor assue-
 rat. Quæ etiam obedientia Angelorum est necessaria, &
 tamen uoluntaria. In hanc sententiam dicitur: Debitos
 seruimus. Item, Debemus nos mutuo diligere. Item,
 Quod debimus fecimus.

II.

Opera non mandata, sunt libera, seu, arbitraria.

Etiã opera moralia, non mandantur renatis.

Ergo sunt libera, non necessaria.

Minor probatur. Paulus de Eleemosynis inquit:
 Non dico hoc ex præcepto.

Responso

Respondeo. Negro Minorem. Opera Deorum non sunt libera, sed dictum Pauli loquitur de modulatione, vel collectione in Eleemosynis, ibi gratia morale, & necessarium, ut singuli aliquid contribuunt ad sustentationem inopum. Sed species videlicet contributionis, non est definitus verbo Dei. Ergo ministri debent sancire certum numerum Eleemosynarum, sicut reges indicunt tributa. Sed seruatur in Christi: Date, ἐκ τῶν ἰσχυρίων, pro facultate, ut Paulus inquit: Non ut vobis sit afflictio, sed otium.

Quomodo numerant scriptores Pontificij partes pœnitentiæ?

Constituunt primò falsam & insulsam contributionem.

POENITENTIA est præterita peccata purgare, & plangenda non facere. Hec mutila ab his congruit ad pœnitentiam Iudæ, & omnium dæmoniarum, non ad pœnitentiam Petri aut aliorum salutarium, quia nulla sit mentio consolationis, & fidei. Deinde recensent tres partes huius tragicæ pœnitentiæ, scilicet, contritionem, confessionem, & satisfactionem.

Qui sunt ipsorum errores præcipui de contritione?

Duo sunt præcipui. Docent oportere esse simpliciter contritionem. Quod simpliciter est impossibile. Nam quò magis cresceret dolor, sine fide, eo magis

venit homines in desperationem, & blasphemiam.
Iam dicunt, sufficientem contritionem mereri remissionem culpæ. Hoc commentum, ut multo stultius est, et maiore contumelia afficit meritum Christi, & magis delet concionem Euangelij, de iusticia fidei.

Quid ipsi nominant confessionem?

Hoc loco confessio nominatur à Pontificijs, enumeratio delictorum, facienda administrantibus Sacramenta.

Est ne illa necessaria?

Non est, quia nusquam extat præceptum divinum, de enumeratione singularum delictorum. Et enumeratio omnium est impossibilis, iuxta dictum: Delicta quis intelligit. Et serio detestamur figmenta, quibus fingunt hanc pudefactionem, mereri remissionem peccatorum. Hac carnificina auxit dubitationes, improprietatem fidem & invocationem, & confirmavit in alijs presentem, in alijs desperationem.

Contra:

Ostensio est mandata, iuxta dictum: Ite ostendite vos Sacerdotibus.

Confessio est ostensio.

Ergo est mandata.

Respondco. Ex puris particularibus, nulla sequitur conclusio. Ostensio Leuitica, vel Mosatica, non fuit enumeratio peccatorum, sed ritus Politicus, vel

Bb physicus,

physicus, cum Sacerdotes, quibus duplex genus professionis, Theologicum, & physicum, fuit commo-
datum, dabant testimonium sanationis, illis, quibus
dati erant. At Christus in genere tantum praecipit,
singuli se adiungant ministerio.

2.

Ita argumentatur Synodus
Tridentina.

Iudex non potest absolueri, nisi causa cognita.
Pastor est Iudex.

Ergo necesse est fieri cognitionem, ad quam
cessaria est enumeratio.

Respondeo. Nego Minorem. Minister Ecclē-
sij, non est forensis Iudex. Et annuntiatio remissionis
quam facit, seu multis, seu singulis, fit ratione mi-
nisterij, Quia est consolatio sanans conscientiam coram
Deo, non est potestas forensis alligata ad personam mi-
nistri, sed denunciatio voluntatis diuine in verbo
lato expressae, sic instituta, ut sit efficax, secundum
& propter promissionem Christi, in credentibus, et
hac annuntiatione propria ministerij Euangelici designa-
tur iurisdictio Ecclesiarum, qua fit publica et
maduersio, in pollutos enormibus, & notorij crimini-
bus.

DE SATISFACTIONIBVS.

Nomen satisfactionis, sumptum est à veteri
spectaculis publicae poenitentiae, quae tantum fuerat
& blasphemis

ritus humani, recepti exempli causa, ut alij homines
comemnerent. Nullo modo enim fuerunt, nec esse
potuerunt merita remissionis culpæ, aut poenæ, coram
Deo.

Illi ritus accepti sunt à vetustate Ethnica, & for-
tassis propagati sunt à primis patribus, apud quos pol-
luti graubus, & tragicis sceleribus, gerebant signa
ritus, & areebantur à consuetudine aliorum homi-
num. Postea publicè expiabantur, & absoluebantur.
De istas castigationes, institutas disciplinæ causa, vetus
Ecclesia nominavit *επιτιμια*. Sed postea superstitione
creuerunt ritus, & accesserunt stultæ ac impiæ opinio-
nes. Nam Monachi de hoc ipso more excommunicas-
tionis à vetustate accepto, quem non intellexerunt, lo-
quentes, sinxerunt: remitti poenas æternas, propter
poenas purgatorij, Redimi autem poenas purgatorij
operibus indebitis in hac vita, & sacrificio Missæ, Des-
erunt varios ludos petulanter commenti sunt fingentes
Monachatum, itinera ad longinqua templa, & similes
Βαδελμοκρητοσ.

Cumq; onera illa nimium creuissent, necessaria
fuit relaxatio, quam nominarunt indulgentias. Has
impostores illi vendiderunt, & prodigiosa mendacia
fecerunt. Dixerunt se merita sanctorum applicare
cunctis, & liberare animas ex purgatorio.

De beneficio initium emendationis doctrine, in
nostris Ecclesijs, fuit refutatio istarum imposturarum,
& blasphemiarum.

Hac vnica regula: Frustrâ colunt veritates
hominum. Et firmissimè tenenda est hac hypothesi.
Non esse distrahendam remissionem pœnæ æternæ,
remissione culpæ, sed simul remitti culpam, & pœnâ
æternam, propter Filium Dei, gratis, iuxta dicitur:
Iustificati fide pacem habemus. Qui credit in Filium,
habet vitam. Sed remissio culpæ, à remissione
realis pœnæ est distincta, quia etiam sancti in hæc
subijciuntur pœnis.

Contra:

Si satisfactio non est necessaria, nec restitutio
necessaria, quia restitutio est satisfactio.
Sed restitutio est necessaria, iuxta regulam
catum non dimittitur, nisi ablatum restituatur.
Et Paulus inquit: Qui furatus est, non
suretur.

Ergo satisfactio est necessaria.

Respondeo. In Maiore est æquiuocatio. Satisfactio
Canonica, non est necessaria. Sed civilis, ut
natur, restitutio est opus Morale, id est, præceptum
Deo, & pertinens ad contritionem, & nouam obedi-
entiam. Satisfactio verò Canonica, est opus iudiciale
id est, non mandatum à Deo, quo fungunt hypotesi
compensari pœnas præsentis, & purgatorij.

Sequentia Argumenta proponit Synodus
Tridentina.

2.

Ecclesia imitans exempla iudicij diuini, recte facit:

Ecclesia imponens lapsis satisfactiones, imitatur iudicium Dei, quia etiam Deus conuersis imponit pœnas, ut ostendunt exempla Adæ, Dauidis, & multorum aliorum.

Ergo Ecclesia recte facit, imponens Satisfactiones.

Respondeo ad Maiorem: Ecclesia recte facit, imitans exempla iudicij diuini, scilicet, imitans conueniente modo, & in his, quæ sunt iuris diuini, id est, quæ sunt præcepta. Minor: Nego Minorem. Quia satisfactiones Canonice non sunt pœnæ, congruentes ad modum in Euangelio traditum, seu congruentes cum voluntate, & iudicio Dei. Probo. In remissione pœnæ æternæ, sententia Dei, & vox Ecclesiæ, est eadem. Deus remittit peccata, & pœnam æternam, propter Filium, gratis: hoc uoce Euangelij annunciat Ecclesia. Pœnas autem corporales, imponit Deus suo iudicio, & varijs modis, alias aliter. Sed Ecclesia non habet mandatum, ut imponat pœnas corporales, nec potest imitari, nec tollere mortem corporis, nec miserias, quibus Deus vel exercet, vel punit homines. Sunt enim afflictiones diuersi generis, & aliæ alias habent causas. Pœna Dauidis, habet aliam causam, quàm afflictio Iob, ut postea declarabimus. Nec sequitur Ecclesiam recte facere quadam *κακοζηδία*, excogitantem nouos

Bb 3 cultus

cultus non mandatos à Deo, aut opera non debita, fingantur esse precium ad compensandas poenas.

3.

Si nos iudicaremus, non iudicaremur à Deo.

1. Cor. 14.

Satisfactione conuersi puniuntur, & iudicantur.

Ergo Deus tollit poenas, propter nostram satisfactionem.

Respondeo. Nego Minorem. Satisfactio Canonica, non est iudicium, de quo Paulus loquitur, sed iudicare apud Paulum, significat veram conuersionem, non externos gestus, excoGITatos ab hominibus, & promittit dictum Pauli mitigationem calamitatis, qui verè conuertuntur ad Deum.

4.

Afflictiones reddunt pios conformes corpori Christi.

Satisfactiones sunt afflictiones.

Ergo satisfactiones efficiunt pios conformes Christo, qui etiam satisfecit pro peccato.

Respondeo. Ex puris particularibus nihil sequitur. Afflictiones reddunt nos conformes Christo, licet, ille, que pios imponuntur consilio & iudicio Dei, & præcipue ille, que pertinent ad illud genus, quod nominatur *μαρτύριον*, ut mors Baptistæ, Pauli, & aliorum: Satisfactiones sunt afflictiones, scilicet, excoGITate audacia hominum, & superstitione, sine mandato

Dei Ergo non adducunt ad Christum, sed abducunt
homines à Christo.

S.

Opera, quæ sunt effectus Christi, seu effecta à
Christo, non obscurant gloriam vel meritum
Christi.

Satisfactiones sunt bona opera, effecta ab ipso
Christo.

Ergo non rectè dicitur: eas ledere gloriam
Christi.

Respondeo. Nego Minorem. Satisfactiones sus-
ceptæ non sunt bona opera, nec efficiuntur à Chris-
to, nec sunt cultus Dei, quia sunt opera non mandata,
et sunt propter impium finem, ut sint compensationes,
coram iudicio Dei, pro peccatis, quod est contumeliosum
suum in meritum Christi.

Considerentur hic corruptelæ
Pontificiorum.

Corruptelæ enim huius Articuli: Credo remisit
peccatorum, præbent nobis causas, cur oporteat
esse se iunctos seu, dissentire ab agmine Pontificio.

1. Inveniunt Monachi, hominem conversum non cre-
dere, quod sit in gratia, sed volunt eum manere in per-
petua dubitatione.

Nos scimus in hac imbecillitate humana, herere
in dubitationem. Sed ideo Evangelium prolatum
est, ex arcano sinu patris, ut muniamur et erigamur
contra hanc dubitationem.

B b 4

Affirmat

Affirmat promissio Euangelij, vtrū nos nos
propter filium gratis, & placere nos Deo. Hanc pro-
missionem vult Deus fide accipi, iuxta dictum: *Quia
fide gratis, ut sit firma promissio. Necessē est igitur
fide eluctari ex paucis, & vincere trepidationem.*

Quod si fides non repugnet dubitationi, nec
vincat, quomodo fiet inuocatio? sicut dicitur: *Quo-
modo inuocabunt, nisi credent? Fugit enim
fremet aduersus eum, nec inuocat, nec consolationem
vllam habere potest, nisi eluctetur ex dubitatione.*
Prorsus igitur commentum de dubitatione, dicitur
Ethinam Euangelij, exercitia inuocationis, & hanc
Ethnicam profanitatem.

2. Monachi non monstrant tibi remissionem
peccatorum, disputant de merito, deducunt te ad opor-
tionem tuarum virtutum, tue nouitatis, vel nouitatis
qualitatum, & fingunt, fide, hoc est, illa nouitas
historie, preparari hominem, et postea sit iustus coram
Deo, propter illas nouas virtutes. Ideo etiam in dolo
na pœnitentiæ, altum est apud ipsos silentium de
accipiente gratis remissionem peccatorum. Ad
enim consolationem veram Euangelij, dicitur *Legi
& Euangelij.*

Fides est illud lumen, quo Deus vivificat. Non
igitur oportet delabi nos, ad considerationem
rum virtutum, nec querendi sunt alij raptus Euan-
gelij. Sed in vera lucta, Filius Dei adiuvat hominem
et vincat fides, & tunc certum est, hominem gratiam
accipere.

recipere remissionem peccatorum. Nec illa subito persuntur, sed crescunt dolores, & consolationes assistunt.

3. Pontificij obscurant intellectum vocabuli peccati, nec monstrant fontem omnium peccatorum, malum Originis, ut supra copiose monstrauimus.

Letemur igitur nos abesse, a societate Pontificiorum, & oramus Deum, ut lucem accensam in nostris Ecclesijs, seruet, & augeat.

Credo resurrectionem Carnis, & vitam æternam.

Hi duo Articuli, sunt Epiphonemata Symboli: Monstrant vltimum, & finale bonum, quod datur electis, sicut in extrema precatione sua, Filius Dei tandem petit, vt Ecclesie detur vita cœlestis: Pater vult, vt quos dedisti mihi, sint ubi ego sum.

Quæ est sententia horum Articulorum?

Affirmamus, singulos homines, tunc, quando ad iudicium redibit Filius Dei, resurrecturos ex morte, iustos ad vitam, & salutem æternam, impios ad æternam cruciatum, sicut expressè dicit Filius 5. cap. Iohannis. Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius, & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

Quia igitur iste Articulus conuincitur de fide
vita, & monstrat tantum duplicem statum, post hanc
vitam, alterum electorum, qui nominatur vita eternam
damnatorum, qui detinebuntur in eterna morte, respici-
tantur somnia, quae excogitata sunt à sacrificiis.

De via media, & de pœnis Pur-
gatorij.

Circa etatem Augustini, irrepit consuetudo pro-
cationum pro mortuis, & in distributione sacrificiorum,
fundebantur preces pro tota Ecclesia, atque pro
illis etiam, qui decesserant, ut ipsi quoque seruariet
in societate, & eommunionem Ecclesie. Nondum enim
inoleuerat opinio de merito. Et Augustinus, signifi-
suam dubitationem de Purgatorio.

Actate Gregorij creuit superstitio, & coepit
sunt impij ritus oblationum, & ipse Gregorius fecit
esse purgatorium, motus propter spectra, & dicitur
animas liberari per sacrificia Missarum. Hæc coem-
ta sunt impia.

Extat autem expressum mandatum de sacrificiis:
Non quæras veritatem à mortuis, Deuter: 19. Et non
sunt instituendi cultus oblationum, aut alij, sine voca-
Dei, vt postea dicitur.

Pontificij deinde extraxerunt purgato-
um, ex satisfactionibus.

Aiunt, illos, qui moriuntur non expletis illis

bus, qui sunt compensationes poenarum Purgatorij, creari, & sinunt poenas illas purgatorij pecunia redimi. Citant locum Pauli ad Corinth 2. de igne, cum tantum manifestum sit, Paulum loqui de tentationibus peccatorum, in hac vita, in quibus sancti, reiectis omnibus alijs opinionibus, quæerunt consolationes, ex solo verbo Dei.

Deinde allegant narrationem de sacrificio pro mortuis, quæ extat in 2. lib. Machabæorum, cap. 12. in quo præcipue sacrificiis grata fuit mentio Drachmarum.

Respondetur:

Constat hunc librum esse scriptum Apocryphum. Et ut maxime non sit, nec dubitemus hoc ita accidisse, tamen deo, fuisse factum impium, sicut etiam apud Iudeos fuerunt superstitiones, & magni abusus sacrificiorum. Non igitur exemplis, sed legibus iudicandum est. Sacrificia Iudeorum, erant exercitia uiuentium, neque erant merita remissionis peccatorum, & nihil pertinebant ad mortuos, sicut ostendunt coniectiones omnium Prophetarum.

Vox diuina, perspicue mortuis tantum duas vias proponit. Afirmat conuersos ad Deum, & credentes, merito esse heredes æternæ salutis, nec abijci in æternas poenas, si perscuerent usque ad finem, seu, si moriantur in Domino. Hoc docetur in 25. cap. Matthæi. Heb: 9. Omnibus hominibus, constitutum est semel mori, postea iudicium.

Qui

Qui credit, non iudicatur. Hodie mecum erit in
Paradyso.

Et firmum est argumentum:

Vbi non est peccatum, ibi non est peccati.

In Spiritu credentis, cum separatus est a corpore, nullum est peccatum, iuxta dictum: Spiritus mortuum est propter peccatum, Spiritus uiuit propter iusticiam.

Ergo Spiritus credentium a corporibus spiritus nullas sustinent poenas.

Item:

De precatione fundenda pro mortuis, non extat mandatum Dei.

Ergo necesse est tantum orare, secundum uoluntatem eius.

Nulla etiam extat promissio exauditionis.

Ergo inuocatio sine fide, intuente promissione Christi, nulla est.

Et vox diuina, nullam promittit liberationem illis, qui sine agnitione Mediatoris extinguuntur, iuxta dictum: Qui non credit, ira Dei super eum.

Ergo necesse est animas renouari, antequam conuertantur corpora, post migrationem non mutentur status.

Idco etiam Ecclesia Græca, nunquam recusat istas aniles fabellas de Purgatorio.

De loco animarum.

Curiosæ quæstiones, præciduntur his dictis:
 Domine Iesu, suscipe Spiritum meum. Hodie mecum
 eris in Paradiso. Item: Iustorum animæ, in manu
 DEI sunt. Ergo viuunt apud CHRISTVM vita,
 quæ est plena lucis, sapientiæ, & iusticiæ, iuxta vos
 cum Paulinum: Cupio dissolui, & esse cum CHRIS
 TIO.

Affeneratio Articuli, de resurrectione
 corporum.

Est opponenda furoribus, & sarcasms Epicureo
 rum & profanorum hominum, qui aut sentiunt extin
 gui corpora, & animas, aut etiam animas aliquandiu
 suspentes tandem cuanescere, nec reddi vitam corpo
 ribus, aut qui stabiliunt μεταμύχωση Pythagor
 eam, & transmigrationem animarum.

Confirmationes huius Articuli.

Hic Articulus perspicuis argumentis munitur
 in cap. i. Epistolæ ad Corinth. Ideo, inquit Aposto
 lus, resurrexit Christus, ut nobis omnibus post mora
 tem restituat vitam, eodem modo, sicut ipse in corpore
 moritur, & mortem aboleuit. Deinde iubet nos intueri
 perpetuum consensum Ecclesiæ, quæ firmiter credit res
 surrectionem corporum, & ideo ad Baptismum, voluit
 fieri plausissimam professionem Symboli, & nominas
 tum Articuli de resurrectione mortuorum.

Hoc

Hoc enim significat uocabulum, Βαπτισμὸς ὕδατος, id est, profitentur de mortuis, qui credunt certo reuicturos, aut baptizantur cum morituri, ut ostendant testimonium certo se uisae nouae, & aeternae uitae.

Deinde si non restaret alia uita, non esset serimen inter iustos, & iniustos, & iusti stultici haberent in hac uita, tantos labores, & tantas curas. Suffiment autem spe futurae tranquillitatis, quod tur Ecclesia uere sentit restare aliam uitam.

Proponit etiam Paulus imaginem illustratae natura. Ex grauo mortuo exoritur culmus, & spica, & grana, ex nucleo oritur ingens arbor, ex paruis puluisculis, & cineribus, rursus edificabitur totum corpus.

Vocabulum CARO.

Significat corpus idem restitui, non diuersi.

Contra:

Paulus inquit:

Caro, & sanguis, regnum Dei non possidebunt.

Ergo non restituetur eadem materia corporum.

Respondeo. Nego consequentiam, Quia Paulus non excludit substantiam nostrorum corporum ex regno Dei sed loquitur de reliquijs peccati in uita nondum integre liberata & glorificata. Caro & sanguis, non possidebunt regnum Dei, scilicet sine mutatione. Ideo inter se confert, duplici

corporis glorificati, & non glorificati. Nunc circum-
sumus corpus $\lambda\upsilon\chi\iota\omicron\upsilon\pi$, & $\chi\omicron\iota\mu\omicron\upsilon\pi$, animale vel ter-
reum, & estacum, quod vivit physica vita, quæ hæ-
bet actiones omnium potentiarum, nutrientis, & gene-
ratis. Post resurrectionem erit corpus spirituale, non
quod materia prioris corporis, sit redacta in nihilum,
sed quod illud ipsum Physicum corpus, nunc restitue-
tur, sicut vita Spirituali.

Glorificatio corporum

Est ablatio corruptionis, & omnium causarum,
proprietas, atq; conditionum, quæ eandem vel es-
sentiæ, vel comitantur.

Præcipua, & proxima causa alterationum in
corporibus, est a duabus potentijs, nutriente, & gene-
rante. Subinde multum ex naturali substantia deperditur,
& potentia nutriens, non prorsus simile restituit.
Regitur continua fit immutatio, & transitus ad corrup-
tionem. Hæ igitur duæ potentie, Nutriens, & ge-
nerans, in altera vita cessabunt, sicut dicitur: Non du-
rant, neq; nubent, sed similes erunt Angelis.

Ita massa corporum glorificatorum abolita omni
corruptione, & alteratione, adipiscetur alias proprie-
tates nobiliores. Ex terrestri, destituta luce, & ignava,
fit celestis, lucida, & agilis, Vel, ut vox divina loqui-
tur, non dissimilis erit naturæ corporum celestium &
pen, anima, cessante culina, non impediatur sordi-
bus corporis. Sed erit perfusa Spiritu, ita, ut omnes
potentie ardeant Spiritu sancto, ut, cum ex materia
lychnis

lychni, sit flamma, accensa ab igni: Ita ista noua
sa, accensa à Spiritu Christi, fiet Spirituales, Ideo
hominem Paulus nominat coelestem, similem Christo,
& illam uitam nominat Spiritualem, quia tota
ardebit, accensa à Spiritu Christi, delebis carnis
sordibus peccatorum.

Erunt tamen inter ipsos electos, dissimiles
tie, & gloriæ gradus. Sicut dicitur: Stella à stella
differt claritate. Agnosceatur itaq; & discernatur
Paulus, uel Iohannes Baptista, ab alijs hominibus
Christi membris. Sed præcipua ac summa gloriæ
Christi, qui est caput & rex totius Ecclesiæ, & in
habitat plenitudo diuinitatis $\omega\mu\alpha\lambda\omega\tau\acute{o}\varsigma$. Tota
igitur hæc,

Conclusio:

Eorundem qui uixerunt in hac uita corpore
morta resurrectura esse, ut quidem de electis
inquit Iob. cap. 19. Scio quod Redemptor meus
& in nouissimo die, de terra resurrecturus sum,
rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea
Deum, quem uisurus sum ego ipse, & oculi mei
specturi sunt, & non alius.

Nec tamen illi morientur, qui tunc in
poribus uiuent, quando se Filius Dei ostendet
neri humano. Nam uiuentes erunt obuij
Christo. Sed tamen ipsorum corpora subito muta
tur, & donabuntur hac proprietate, ut deinceps
immortalia. Ergo deinde inchoabitur nouus status
nominatur.

Vita æterna, Id est,

Christus adducet Ecclesiam resuscitatam ad patrem, & offeret regnum patri, id est, ostendet omnes actiones suæ missionis gloriose completas esse. Et postea cum aeterno patre ac Spiritu sancto, ita regnabit, ut non amplius conspiciendus sit per ministerium Euangelij sed qualis est ipsius essentia: Utque non habiturus sit amplius actiones propiciatoris pro Ecclesia deprecantis, & eam colligentis per ministerium. Ac illa uita, ut Christus inquit, erit illustris agnitio Dei, id est, Fulgebit diuinitas in electis, coram de facie ad faciem, perfecte agnosceatur Deus à beatis & beati persusi illa luce agnitionis, integrè acquiescent, & letabuntur in Deo.

TERTIVM CA-
PVT CATECHESIOS,
DE INVOCATIONE.

De discrimine veræ, & falsæ
 Inuocationis.

Pueri discant apposite respondere ad communis
 argumentum.

Omnis inuocans Deum, conditorem cæli, &
 terre, uerum DEVM inuocat.

Turci, & Mahometista, inuocant Deum,
 conditorem cæli, & terre.

Cc

Ergo